

H. h. Bianchi
Problemi di lessicografia neosullinea

1.

adhuc

Et quia summas illas perfectiones, quarum ideam habemus, nullo modo in nobis reperimus, ex hoc ipso recte

concludimus eas in aliquo a nobis diverso, nempe in Deo, esse, vel certe aliquando fuisse; ex quo evidentissime sequitur, ipsas adhuc esse. DESCARTES *PPh* 12 ◊ Quiescere est adesse et adhuc adesse. Unde adesse pariter in motu et quiete continetur, estque velut initium, materia, et rudimentum tam motus quam quietis; complementum autem, forma, ac finis motus quidem est abesse, quietis vero adhuc adesse. Differunt ergo velut formis suis motus atque quies; conveniunt autem materia. Initio igitur nec motus erat nec quies. Erat quidem tunc adesse, sed necdum abesse (necdum ergo motus), necdum adhuc adesse (necdum ergo quies), sed simpliciter adesse, sine ullo adhuc. Ex quo clare patet, quietem sine tempore esse non posse; nam adesse quidem sine tempore esse potest, sed adesse et adhuc adesse (quod naturam quietis constituit) sine tempore seu duratione intelligi non potest. GEULINCX *Met* 179-180. [M.L.B.]

Lessico filosofico del secolo XVII e XVIII.
Sezione latina, a cura di M. Fattori
con la collaborazione di H. h. Bianchi,
v. 1. I, 1, a - aetherius, 1992.

2.

Caput tertium.

Hunc itaque iliastrium ad eum modum intellige, quandoquidem hic triplices praeter quintam essentiam virtutes reperiuntur, est enim iliaster sanctitus, alter vero iliaster paratetus, tertia autem iliaster ille magnus, de priore sic accipe, quod sanctiticus ille longam vitam praestat, idque secundum eius qui ipso utitur industriam; alter vero id ipsum dispensat iuxta favorem, sed tertius illaesus citraque noxam in vita longa consistit, hinc igitur iliastrium hoc in loco comprehensum expende, quod primus, secundus et tertius simul omnes microcosmo subditi sunt, ita ut in unum eos gamonymum redigere possit, alter vero cogitur nequaquam, sed quemadmodum favori convenit, acquiritur, in tertio perinde habet, ut in Enochdianis ac Heliozatis, non secus atque de aquastro patet, primum itaque ex elementis suam ducit originem, veluti testa concludit, ipsisque arcanis supra quintum esse attribuitur, secunda vero magnalibus ascribitur, et tertius ex propriis specificis suis, ex quo sequitur, terrelatos, nymphidicas, acrdados, soladinos longam vitam suam accipere singulos in aliena essentia.

De Vita Longa, in Sanctide Werke. H. resq. v.
K. Sudhoff, Bd. 3, p. 281